







Missus

*Bona fortuna*

NOVIS NUPTIS

*Clarissimo & consultissimo viro Dn.*

M. JOHANNI  
VOLCKMARO.

Illustri, inclyto ac generosissimo Domino,  
Dn. HENRICO RUTHENO JUNIORI,  
Dn. à Plauen, Dn. in Graitz, Crannichfeld, Gera,  
Schleitz & Lobenstein &c. à Secretis & con-  
silijs tum ecclesiasticis tum politicis,

S P O N S O;

*Et pudicissime ac lectissime virgini*

EVPHROSYNÆ,

Clarissimi, prudentiâ & rerum maximarum  
usu præstantissimi viri Dn. IOHANNIS KOLE-  
VVALDI Notarij immatriculati & præfecturæ Ele-  
ctoralis in arce Variscorum Drusanâ quondam  
Quæstoris dignissimi, relictæ filiæ,

S P O N S Æ;

*Struice symbolicâ concinnatus, & ipsâ Nuptiarum die  
16. Aprilis Anni 1605, appositus & ad  
exedundum intritus*


256

Ab amicis & hospitibus.


*Editus IENAE typis Lithandreanis.*







Sic rectè demum didicisti Coniugis usum,  
Commoda DOROTHEÆ sic patuere tibi.  
Sed thalami Sociam qui sustulit, ille rependit  
EUPHROSTNEN reparans munere damna novo,  
Ut tibi grata ferat veteris medicamina luctus,  
Curarumq; animo flebile demat opus.  
Non homines tibi, non casus temerarius illam  
Adiungunt, verùm provida cura DEI.  
Nempe rapit quæ dona dedit, redditq;, Parentis  
Sic cum filiolis ludere more solet.  
DOROTHEÆ funus tristem te fecit adempta,  
Latitiam EUPHROSTNE sed tibi tæda feret,  
Eximia cuius præstat de laude tacere,  
Quàm, par ut fuerat, commemorare parum.  
Gratulor ergo tibi multùm VOLCKMARE celebres  
Inter doctrina Vir numerande viros,  
Aula vir, columen, decus & memorabile nostra,  
Compater atq; iterum Sponse favente DEO,  
Qui solus vestri sator, author & auctor amoris  
Corda utriusq; suâ munit & unit ope.  
Coniugio ille tuo donet tot fausta quot uvæ  
Autumnus, messis granaq; quotquot habet,  
Illeq; te faciat susceptâ prole parentem  
Quò tua sit rapidis libera fama rogis.  
Si quid præterea votis cupis, id cape CHRISTO  
Præside, qui tibi nunc ritè vocatus adest.  
O felix CHRISTUM sibi quisquis adesse laborat,  
Quisquis habet CHRISTUM, cuncta beatus habet.  
Fridericus Glafer in arce Ge.  
rana Concionator.



II.

**M**ulti vota ferent vobis quamplurima amici,  
Sponso tibi, Sponse tibi.

Hic explanabit Sponsorum nomina, at alter  
De stirpe multa proferet.

Latitias & delitias cantabit uterq;  
Versu novorum coniugum.

Virtutes alij celebrabunt carmine Sponsi,  
Sponsamq; laudibus vehent.

Materiam forsam sic quilibet eliget aptam,  
Aptam novis his nuptijs.

Ast ego depromo votum penetralibus unum  
E' cordis intimis mei.

Euphrosyne fit Dorotheæ gravis æmula amatae,  
Amore, curâ, moribus.

Moribus ingenuis, curâ piâ, amore jugali,  
Columna sic erit domus.

Sic referet verè costam pietate priorem,  
Amore, curâ, moribus.


Quid referet dico? longè superabit ademptam  
Fœcunditate uxoriâ.

Huic voto, pie CHRISTE, meo nunc annue vultu  
Placido, simul ratum jube.

Nicolaus Heiderus Salburgensis,  
Ecclesiæ Geranæ Comminister.

Si velut

SI, ve  
Scilicet  
N  
Cui Soci  
Sor  
Quid s  
L  
Vita ea  
N  
Ne sine  
O  
Ne ma  
Se  
En nov  
In  
EUPH  
E  
Hac tib  
H  
Hac an  
H  
Illa tu  
E  
Illa tu  
D  
Et qui  
C




III.

**S**I, velut est, fidi COR fida Marita Mariti,  
Si quoq; fons vitæ principiumq; COR est!  
Scilicet in vitæ non vitam transigit Ille,  
Nec Cor, nec quicquam in pectore Cordis habet,  
Cui Sociam vitæ concordem funere tristi  
Sors violenta capit, mors truculenta rapit;  
Quid superest hominis, si corde sit orbis, in orbe?  
Quei vivat, nece cui vitæ perempta domi est?  
Vita ea non vitæ est! aut si quæ! vitæ misella est,  
Non homo is! aut si fors! herclè misellus homo est.  
Ne sine vitæ igitur, ne sis sine corde, vir! haud vir,  
O decus, ô Clarij VOLCKMARE gemma chori,  
Ne malè sis excors, ne sis malè mortuus, imò  
Semine cis ne sic more cadaver eas,  
En nova Nupta TIBI, nova iam tibi ducitur UXOR,  
In viduosq; thoros, In viduasq; domos.  
EUPHROSTNE vitæ, Euphrosyne pars maxima Cordis,  
Euphrosyne Charitum nomine lata trium.  
Hæc tibi fons vitæ, hæc tibi GRATIA grata futura est,  
Hæc tibi fausta Venus, chara futura CHARIS,  
Hæc animaq; anima, hæc cordis COR amabile amantis.  
Hæc erit & vitæ vivida vitæ Tuæ:  
Illa tuos lætûs ob adempti fata PARENTIS  
Emeriti, lacrumas leniet illa Tuas.  
Illa tuos lætûs ob ademptæ fata Maritæ  
Dorotheæ, lacrumas finiet illa tuas.  
Et quia lugendo Sociam propè Tutemet ipse  
Mortuus, imò simul contumulatus eras,







*Mutua, det Deus, ut per vincula deditus ipse  
Totus sis ILLI, tota sit ILLA tibi.  
Ipsa Tibi pariat lectissima pignora lecti,  
Volckmarulosq; novos Volckmarulasq; novas:  
Tu generes populos, ceu spondes nomine, plures,  
Euchariousq; probos, Gratiolasq; pias.  
Absens hoc votum fero connubiale, rogatus  
Præsens cum nequeam ad festa venire thori.  
Plura alibi! Sed quid? promissum numnè reposcis?  
GRATULOR, Euphrosyne sit tibi chara CHARIS.*

M. Nicolaus Amelungius Ecclesiæ  
Thannensis & adjunctarum Pastor.

IV.


*Clarissimo viro Dn. M. JOHANNI VOLCK-  
MARO NEOGAMO S.*

*Amœnitate amœnâ amœnus te onerat dies:*

Hunc igitur prothymè tecum fumo; amabilitati  
animum addico, & Fabium sequens, viridem ingenij  
expromo fœtum: sed Nolens: Volens. Nolens: Ob-  
eliscos enim & cerulas miniatulas Bambalionum,  
& os

*Nugicanoricreporum, rumiger aucupidarum,  
hominumque malè feriatorum, quibus ὄψον λόγοι,  
quibusq; insitum μωμεῖα, extimesco: Volens: quia  
Palladis ægide tectus, & volentiâ tuâ, ni Neogame,  
confirmatus proletarijs pungentium fermunculis  
nihilò magis offendor, quàm, utor verbis Homeri,*

*Si me*



— *Si me mulier vel verberet infans.*

Confirmatus, dixi. Quem enim tua volentia non  
faceret volentem? Quis virum *παντοίης δρετήσῃ κε-*  
*κασμένον*, ut ait Homerus de Ulyssæ, & quem Homeri  
verbis jure appelles *δαίφρονα ποικιλομήτην*, Argivo  
clypeo, obelisco, & cedro non persequeretur? TE  
puto, VOLCKMARE, quem profectò omnes Musæ  
*καὶ ὁ δάλις ἠγάπων δότολλον.*

Accipe ergò melica hæc in tantâ negotiorum tem-  
pestate in matrimonii honorem & tui favorem facta  
& vota, cumque Junone tuâ validè vale, & istâ gusta-  
tione initiatus meliores Missus, cum tua viriplaca  
horas (quas vocant) Lucinas aureo partu fuerit,  
experta, expecta. Vale:

*Vive DEO, costæ, nobis, aulaq̄, Dynastæq̄  
Auctor fac populi nomine reḡs sis.*

1.

**E**Uphrosyne Charitum, Eunomie Horarumq̄, sorores  
Cum genetrice fovent teq̄, tibiq̄ favent.

*Eunomiam nuptam genetrix Themis antè locavit,*

*EUPHROSYNEM thalamo iam locat ipsa Venus.*

*Illæ foris laudi; ista domi TE tradet amori:*

*TE servum illa suum: TE dominum ista vocat:*

*Illæ serit lites, parvos dabit ista Quirites:*

*Aere domum illa implet: prole sed ista torum.*

*Carior utra tibi nosces olim interim amorem*

*Laudo, quo repetis pacta secunda tori.*

*Flevisti satis, ornasti satis ante maritam*

*Flendi atq̄, ornandi debet adesse modus.*

Nunc

*Nunc alter viduo calor insinuatus amanti est,  
 Qui quoque caelesti fluxit ab igne calor.  
 Laudo, nunc cor habes VOLCKMARE, novelle marite,  
 Dum piget in viduo secubuisse toro.  
 Sed quid? Fama refert sociam quasi turtur ademptam  
 Antiqui nunquam spiret amoris opus.  
 Hoc faciat turtur. Sed quid cum turture nobis?  
 Assa sapit; sapiat viva avis ista alijs.  
 Is nimium felix omnique ex parte beatus,  
 Qui, quas instituit, res, DEVS ipse, colit.  
 Vnus homo miserandus homo: cum labe recumbit,  
 Nisi socius sociam saepe iuvetur ope,  
 Solus cum sola qui vivit vivere demum  
 Creditur innupto vivere erit bibere.  
 Scilicet hoc causa, cur prisco tempore calebs  
 Nemo Magistratus munus obiret, erat.  
 Ergo maeste tua nupta, stella instar haberi  
 Quae forma, et aetatis flore, vigore, meret;  
 Quae quondam Phrygia si quarta fuisset in Ida  
 Non illa ad Paridem lite fuisset opus.  
 Vtere sorte data: natura sorte sub ista  
 Ingenio similem forsitan invenies.  
 Invenias opto, teneros Eunomia pullos  
 Educet; Euphrosyne pareat & pariat.*


2.

**E**UPHROSYNE amissam Charitum flevere sorores,  
 Quae placido ridens pectore Phaebus ait:  
 Ponite tristitiam: mox vobis reddet & ore  
 Et forma. EUPHROSYNES EUPHROSYNE ista pares.  
 M. Henticus Amelungius Getanus, Ecclesiae Patriae  
 Diaconus.

B

Non





Qui sua parvos patriæ nepotes,  
Commodos summoq; DEO ministros  
Gignere nolunt.

Sunt quidem multi, sibi qui molestas  
Oggerunt curas thalamum creare;  
Mæsta non esset quasi solitudo  
Solicitudo.

Cùm tamen vivant miserè, anxieq;  
Cælibes multò magis ac mariti,  
Nec gravis detur viduo laboris  
Dulce levamen.


Id dolens dudum celebri IOHANNES  
Arte VOLGMARVS catus, & Rutheni  
Iunioris consilio & perito  
Cordæ secretus.

Abstulit postquam Libitina primos  
Suavis amplexus sociæ, secundas  
Protulit tædas, hodieq; iuncto  
Fædere lecti

Ducit ex trino grege Gratiarum  
Virginem castam Euphrosynen, honestus  
Quam pudor circumvclat, & venustas  
Oris amanda:

Divæ cui necit pietas coronam;  
Mira cui donat probitas monile;  
Cui manus solers famulatur, atq;  
Syrmata gestat.

Sedula hæc anctas retinebit ades,  
Administratrixq; reget ministras,



*Et tuos nutus animo lubende,  
Sponse, sequetur.  
Hæc tibi natos pariet tenellos,  
Auctor ut vivas populi superstes,  
Dulce ridendo mala mitigabit,  
Dulce loquendo.*

**M. Michael Pharetratus Neustadiensis  
Iudi Rector.**

**VI.**

**R***Es bona coniugium: Saciare: haud ambigit ullus  
Quippe tibi causam, facta referre solent.  
Ethnica gens quamvis proprios sibi cudere divos  
Adsolet, ast coluit iura sacrata tori.  
Nec iuvat exiguos thalami cavisse labores,  
Hanc fugiens Scyllam, præda Charybdis erit.  
Pæna gravis sequitur, si quis ceu Trinacris Aetna  
Perpetuò flammis æstuet illicitis.  
Fallaces contra Veneris qui respuet artes,  
Suspiciens animo connubiale decus.  
Hic sapit, hic Iovæ mandata verenda capeßit,  
Sincera titulos hic probitatis habet.  
Tu quoq; IAN---VOLCMAR thalami præclare Magister,  
Hoc pietas opus provehis egregium.  
Atq; tori cum sis liciti subiturus honore,  
Felici cedant omine cæpta precor.  
Tristis Eris Sponsos odijs furiælibus urgens  
Absit, & ad thalamum tu properes Erato.*

*Vt sic unus amor placidè sub pectore bino  
Ferveat, & vires ignis ab igne trahat.  
Viq; sit, atq; diu sit, idem precor ipse. quid ipse?  
Hoc convivarum turba precatur idem.*

V Wolfgangus Eckhardt Cantor.

VII.

**A**utor Conjugij DEUS est, cœli ille Monarcha,  
Pectora qui casto jungit amore duo.  
Conjugium felix, felix nimiumque beatum,  
Quando duo unanimis pectora neçtit Amor.  
O nimium fortunatos, ô terque beatos,  
Quis dabitur conjux casta, pudica, pia.  
Conjux casta DEI munus, quæ traditur illi,  
Indubiâ qui scit fidere mente DEO.  
Conjux casta novo longè est præstantior ære,  
Atque aurum superat nobilitate suâ.  
Gratulor ergo novo Sponso, Sponsæque novellæ;  
Quod vos dotavit ritè Monarcha DEUS.  
Dilecte Affinis, nunc est optabile tempus,  
Quod tibi re verâ gaudia summa feret.  
Hæc est læta dies, illâ tua Sponsa novella  
Sanabit vulnus, quod tibi fecit amor:  
Ipsam namque tibi certum medicamen habebis.  
Atque herbam dulcem, qua relevetur Amor.  
Te DEUS in multos servet feliciter annos,  
Et faciat multâ prosperitate frui:

Corpus sit firmum, mens salva, augeque salutem,  
Mi Sponse, & Pylum vive beate senem.

*Iohan. Kolevvaldt Geranus, Sponsa Frater.*

VIII.

**J**AN VOLCKMARE, sacri vir consultissime juris,  
Grande decus patrij, Sponse novelle, soli,  
Dum subit EUPHROSYNE niveis decorata lacertis,  
Nupta, domum, Phæbo nubere digna, tuam;  
Vnum pro multis voveo, quod forsitan ulli  
Non fuit in mentem quanquam erat illa sagax.  
Scilicet etsi omnes felicia quæq; precantur,  
Et tibi gratantur pacta secunda tori.  
Hoc unum tamen opto, tibi VOLCKMARE, quotannis,  
In gremio ludat parvulus aut geminus,  
Eg̃ die, DEVS, hac tibi pacta secunda secundet,  
Ut nullum inveniant tertia pacta locum.

Bartholomeus Rosinus.

IX.

AD SPONSUM.

**D**ura tuam ut Lachesis truculentâ falce peremit  
Connubij sociam spem sobolisque tulit:  
Sic hanc Euphrosynen tibi Juno Venusque dicarunt  
Connubio stabili, & fœnore prolifico.  
Ergo novam thalami sociam Volckmare locatam  
Gratulor, & Jovæ talia vota lito:





Sis felix animi; sis felix atque beatus  
In camerà, in cellis, inque foro, inque toro.

## A D S P O N S A M.

**E**UPHROSYNE, tu bella puella & Sponsa novella,  
Ecquid gratanti linguà animoque precer?  
Purpureo Idaliæ suffusa colore; renides  
Es Venus in forma, bellatula Euphrosyne.  
Egregios mores spiras Junonia proles,  
Auricoma es Juno moribus Euphrosyne,  
Adde piam mentem grata probitate notatam,  
Juro Jovem, nisi eris filia cara Jovis.  
Filia cara Jovis, Volckmari cara marita,  
Et sobolis mater cara, pia atque proba.  
Quod precor eveniat: sis mater, prole gemellâ  
Volckmarum exhilares constituasque patrem.  
Mox ubi Janus adest fausti denuncius anni,  
Qui solus Superùm post sua terga videt.

*Georgius Schutzius VVeisenselsius.*

F I N I S.







aut emissa voce magna ex  
piravit **px. nr.** Et uidi ce  
phi lassu e' in duo. alio me uita  
deorsu. Vides aut' e' in quo  
exadulo stabat. ga sic clamor  
expirasti ait. Ver' hic homo  
di filius erat. Erat aut' e' in  
heres de lege aliter. Me  
qs erat in me. Me' p' d' e'  
et maria. In me' p' d' e'  
yoseph' man' e' salu' me  
Et cu' e' in me' p' d' e'  
eu. et misit. Me' p' d' e'  
miser q' h'ent e' in me' p' d' e'  
ultra. **ex.** **E**rat  
seru e' in me' p' d' e'  
erat qd' e' in me' p' d' e'  
yoseph' alio me' p' d' e'  
decurio qd' ipse e' in me' p' d' e'  
decurio di. Et au' d' e' in me' p' d' e'  
me' p' d' e' e' in me' p' d' e'